1585.



Supplex ad DIVINAM MAIESTATEM *Oratio, pro defensione nostri aduersus Satanæ carnificúmque* suorum diritatem & malitiam, adeò truciter in *populum DEI desæuientium.*

** Psalme.34.*


O Summa MAIESTAS, VIRTVS, & POTENTIA, noster solus qui viuas & videas Anglorum DEVS, quanta ferocitate nunc temporũ immanis humani generis aduersarius ille Satan, in asseclis suis (tuis autem cõiuratis hostibus apertis) omni fraudum, contumeliarum, atq; insidiarum molimine & insultu, CHRISTI Euangelium verósque eiusdem professores (quoad possint) opprimentibus, sanguinem nostrum quàm omnia malentibus, passim frendeat ac furiat. Tu autem omnipotens & benignissime PATER adiuua populum tuum sperantem in te: Per te fortescat tua Iudith in protectione suæ plebis & Bethuliæ, fratrúmque suorum deflendè afflictorum ex atroci tyrannide ferocientis illius miseréque fascinati Holofernis, atque contra execrandum eius (quod colit) Idolum, perfidum veritatis desertorem, blasphemum illum Zennacherib; vt tua Famula populúsque suus non expauescat vnquam ad eorum arma, licèt in tuorum perniciem ad amussim exacuta ac intentissimè stricta: Quoniam reuerà quamuis mundo gigantes videantur, robustissimi & tela fortia, in conspectu tamen tuo vecordes & ignaui fiunt nani & spicula iunci. Constringe tu DEVS noster gentem infidam, contumacem & religioni tuæ sedulò rebellantem: Per te corruat sacrilegus ille malignantium cœtus, & Ecclesia in impietate fundata, flagitijs constructa, fraudibus suffulta: Aut si fieri possit ô clementissime PATER effice, vt hij repudiato suo atheismo tandem aliquando resipiscant, agnoscentes Maiestatem & Euangelium CHRISTI tui, in cuius veritate apud cæteros Christiani orbis fratres, cum charitate mutua in gratiam & religionis vnitatem redeant, atque coalescant in eadem. Exeras interim ô FORTITVDO nostra, caput tuum in tuorum tutelam, hostium autem confusionem: Tu propitius DEVS noster, qui adeò in angustijs non deseras tuos, vt * castra etiam figat Angelus tuus circum eos qui te timeant, & eripiat eos. Suscipe causam tuam ô DEVS quæ nunc agitur, quò videant gentes quòd non sit, vt Consilium neq; adeò Concilium (ne Tridentinum quidem illud spurium & scelestum) aduersus DOMINVM aut aduersus CHRISTVM eius, ita nec Deus vllus præterquam TV: In cuius manu sunt omnes fines terræ & altitudines montium tu quidem conspicis; atque solus qui viuas, regnes, ac sis: Cui vni voluntas, imperium, honor, gloria, laus, & gratiarum actio in perpetuum.

2. Timoth.2.

Nouit Dominus qui sint sui.

1585.



Supplex ad *DIVINAM MAIESTATEM* *Oratio, pro defenſione noſtri aduerſus Satanæ carnificúmque* ſuorum diritatem & malitiam, adeò truciter in *populum DEI deſæuientium.*

* *Pſalme.34.*



O Summa *MAIESTAS, VIRTVS, & POTENTIA*, noſter ſolus qui viuas & videas Anglorum DEVS, quanta ferocitate nunc temporũ immanis humani generis aduerſarius ille Satan, in aſſeclis ſuis (tuis autem cõiuratis hoſtibus apertis) omni fraudum, contumeliarum, atq; inſidiarum molimine & inſultu, CHRISTI Euangelium veróſque eiuſdem profeſſores (quoad poſſint) opprimentibus, ſanguinem noſtrum quàm omnia malentibus, paſſim frendeat ac furiat. Tu autem omnipotens & benigniſſime PATER adiuua populum tuum ſperantem in te: Per te forteſcat tua Iudith in protectione ſuæ plebis & Bethuliæ, fratrúmque ſuorum deflendè afflictorum ex atroci tyrannide ferocientis illius miſeréque faſcinati Holofernis, atque contra execrandum eius (quod colit) Idolum, perfidum veritatis deſertorem, blaſphemum illum Zennacherib; vt tua Famula populúſque ſuus non expaueſcat vnquam ad eorum arma, licèt in tuorum perniciem ad amuſſim exacuta ac intentiſſimè ſtricta: Quoniam reuerà quamuis mundo gigantes videantur, robuſtiſſimi & cætera fortia, in conſpectu tamen tuo vecordes & ignaui ſunt nani & ſpicula iunci. Conſtringe tu DEVS noſter gentem infidam, contumacem & religioni tuæ ſedulò rebellantem: Per te corruat ſacrilegus ille malignantium cœtus, & Eccleſia in impietate fundata, flagitijs conſtructa, fraudibus ſuffulta: Aut ſi fieri poſſit ô clementiſſime PATER effice, vt hij repudiato ſuo atheiſmo tandem aliquando reſipiſcant, agnoſcentes Maieſtatem & Euangelium CHRISTI tui, in cuius veritate apud cæteros Chriſtiani orbis fratres, cum charitate mutua in gratiam & religionis vnitatem redeant, atque coaleſcant in eadem. Exeras interim ô FORTITVDO noſtra, caput tuum in tuorum tutelam, hoſtium autem confuſionem: Tu propitius DEVS noſter, qui adeò in anguſtijs non deſeras tuos, vt * caſtra etiam figat Angelus tuus circum eos qui te timeant, & eripiat eos. Suſcipe cauſam tuam ô DEVS quæ nunc agitur, quò videant gentes quòd non ſit, vt Conſilium neq; adeò Concilium (ne Tridentinum quidem illud ſpurium & ſceleſtum) aduerſus DOMINVM aut aduerſus CHRISTVM eius, ita nec Deus vllus præterquam TV: In cuius manu ſunt omnes fines terræ & altitudines montium tu quidem conſpicis; atque ſolus qui viuas, regnes, ac ſis: Cui vni voluntas, imperium, honor, gloria, laus, & gratiarum actio in perpetuum.

2. Timoth. 2.

Nouit Dominus qui ſint ſui.